

LI.

II

tribus serpente muliere et viro. Nam primo fit suggestio siue p cogitatione siue p sensu: cor potius vel videndo vel tangendo vel audiendo vel gustando vel olfaciendo. Que suggestio cum facta fuerit si cupiditas nostra non moueatur ad peccandum: excludit serpentis astutia. Si autem mora fuerit: quasi tamen mulieri phisium erit: si aliqui ratio virilis etiam comota cupiditate refrenat copescit. Quod cum fit non labimur in peccatum: si cum aliqua luctatione coronamur. Si autem ratio plentiar quod libido comouerit facientium esse decernat: ab omni vita beata tanquam de paradiso expellit homo. Nam enim peccatum impurat: etiam si non subsequat factum: quoniam rea tenet in consensione conscientia.

Quare hec de aie partibus dicitur.

Hec de aie partibus

interferum: ut ipsi aie natura plenius cognoscere et in qua sui positiones in ea sit liberum arbitrium intelligat. In fine rationem quomodo peccatum mortale gerit: si non omne veniale: illud quod in solo motu sensualitatis existit.

Sensualitas sepe in scriptura aliter quam supra accipit: scilicet ut etiam inferior rationis portio eius noie intelligat.

Non est autem silentio

pretereundum quod sepe in scriptura noie sensualitatis non id solum in anima quod est nobis commune cum pecore: sed etiam inferior portio rationis: quod specialium dispositionum in rebus intelligit. Quod diligens lector in locis scripture ubi de ipsa sit mentio vigilanter annotet.

Ista est distinctio: primum huius secundi libri. In qua magister postquam egit de temptatione primi hominis quam cecidit: agit de potentia quam stare potuit: cuiusmodi est liberum arbitrium. Et tria facit. Nam primo ostendit quod primis parentibus fuit datum sufficiens adiutorium ad status innocentie retentionem. Secundo subdit quod illud adiutorium fuit liberum arbitrium insinuans ad quam ipsum pertinet anime portio. Tertio subiungit quod nos peccatores sequimur quo damno primo parentum temptatione. Primum facit a principio distinctionis visus ibi. Considerandum est. Secundum visus ibi. Illud quoque non pretereundum est. Tertium vero visus ad finem distinctionis. In specialis sententia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Primum homo auxilio gratie a creatione sibi indite potuisset absque merito cuiuslibet temptationi resistere. Hanc magister probans dicit quod primus homo ex creatione habuit sibi inditum recte voluntatis auxiliium. quo resistere potuit malo. licet non ad meritum glorie. Et ratio est: quia si tale auxiliium non habuisset peccatum non fuisset sibi iuste imputatum. Sed contra obijciatur dupliciter. Primum querendo quod talis voluntas recta possit dici: quia primus homo nec meruit

neque stetit. Et respondet ipsam fuisse rectam: propter illam carentiam: et quia per hoc eam ad tempus stare voluisset. Secundo querit sic. Cum resistere malo sit merito: ut si potuit in primo statu resistere malo ergo mereri potuit. Et respondet quod resistere malo in natura corrupta merito: bene est. in qua est aliquid impellens ad malum. sed non fuit sic in natura integra. in qua fuit auxiliium includens rectitudinem omnium potentiarum anime absque quocumque impellente ad malum. Secunda propositio est hec. Primum homo in statu innocentie potuisset vitasse peccatum esse liberum arbitrium penens ad superioris rationis positionem: hanc magister insinuans querit. Quid sit illud auxiliium quo homo potuisset in primo statu vitasse peccatum. Et respondens dicit. quod fuit liberum arbitrium. quod describens dicit. quod sit facultas rationis et voluntatis qua bonum eligitur cum gratia et malum sine gratia. et dicit liberum quo ad voluntatem. et dicit arbitrium quo ad rationem ad quam spectat potentia discernendi. Et dicitur facultas voluntatis et rationis eo quod tam ad voluntatem quam ad rationem spectat. Et quo correlarie inferat quod liberum arbitrium sit potentia rationalis nature qua potest velle bonum vel malum utrumque discernendo. et per consequens beata animalia eo carent. et sic tantum sensum et appetitum qui sensualitas dicitur habent. Et subdit quod sensualitas et ratio sunt due vires anime ad invicem differentes. Nam sensualitas respicit sensus corporis et appetitus eorum. Ratio vero est quedam vis anime superioris: excedens omne illud quod habemus commune cum brutis. Cuius quidem rationis duplex est portio. una inferior que disponit temporalia. Alia superior que etenim bonis conspiciendis intendit. Et hec due portiones non nominantur duas esse potencias anime. sed diuersa esse officia vnius et eiusdem potentie. Tertia propositio est hec. Tunc mortaliter vel venialiter peccamus dum vel in opus vel in delectationem culpe consentimus damus. Hanc magister insinuans dicit quod ad instar patitur hominis primi peccati aliter quando contingit nos peccare. Unde sicut in primo peccato primo parentum inueniebatur serpens suscitans mulierem. et mulier suscitans viro. ita et in nobis sensualitas per modum serpentis suscitans rationem superiorem. Nam ratio superior et inferior habet se sicut vir et mulier. quia sicut vir seductus fuit a muliere sibi data in adiutorium. et vnum cum ipso existit in carne: vna ita ratio inferior a superiori deducitur et est et in adiutorium vnum cum illa vna mentis natura existens. Et subdit quod motus ad peccandum qui solum est in sensu aliter est peccatum veniale. sed pueniens ad rationem superiorem est peccatum mortale. consistens autem in ratione inferioris si non diu tenetur etiam est veniale. Si vero in ea diu tenetur mortale est. Et hec omnia probat autoritate beati Augustini. addens quod ratio inferior etiam quibus sumitur per sensualitatem quod dimitte diligenti lectori percurandum. igitur etc. Et tamen in specialis distinctio huius distinctionis.

Redit ad liberi arbitrii considerationem

Am vero ad

propositum redeamus: scilicet ad liberi arbitrii tractatum. Quod philosophi diffinientes dixerunt liberum de voluntate iudicium: quod potestas ipsa et abilitas voluntatis et rationis quam supra dicimus esse liberum arbitrium: libera est ad utrumlibet: quod libere potest moueri ad id vel ad illud. Liberum ergo dicitur

DI. XXV

Distinctio liberi arbitrii